



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1758**

**VD18 90117778**

§. 40. Alia Constantini Edicta pro Ecclesia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](#)

Sæculum IV. Constantinum urbem Byzantinam in.  
A. C. 324. trantem Philosophi accedunt, conque  
Sozom. I. rentes, quod spreta Romanorum, Græco  
hist. c. 18. rumque consuetudine, quam Majores  
eius servaverant, novam Religionem in-  
duceret, petebantque, ut cum Alexan-  
dro urbis Episcopo de Religionis veritate  
publice disputare liceret; Alexander in-  
jubente Imperatore in pugnam han-  
Theologicam consentit, vir in arte Di-  
lecticæ quidem parum versatus, at virtu-  
tibus clarus. Cum Philosophi conve-  
nissent, simul omnes loqui cœperunt  
S. Alexander rogabat, ut unum elige-  
rent, qui solus loqueretur; cum ergo un-  
loquenti provinciam imposuissent, a  
hunc Alexander: *in nomine JEsu Chri-  
sti præcipio tibi ut taceas.* Subito homo  
ore quasi vi externa compresso obmutuit  
Omnibus prodigium eo majus, & infa-  
lentius visum, quod Philosophos, gente  
loquacissimam, ad silendum adegitset.

## §. XL.

*Alia Constantini Edic̄ta pro Ecclesia.*

**Euf. II. vit.** Victoria de Licinio reportata, non pas-  
modo, sed & securitas ab hostib⁹  
externis Ecclesiæ reddit⁹, quam Constan-  
tin⁹ novis legibus firmavit. Omnes  
fidei causa proscriptos revocari jussit,  
eos, qui injuria ad ministeria publica  
obeunda coacti fuissent, rursus eximi-  
atque

atque nomina eorum ex urbis tabulis, Sæculum IV.  
ubi prius non fuerant, deleri; bona Chri- A. C. 324.  
stianis erepta restitui; in Insulas relega-  
tos, ad fodinas, aliave opera publica da-  
mnatos, inter alios, tanquam Principis c. 33.  
servos lineis, vel panneis opificiis adscri-  
ptos libertate donavit. Christianis, pro-  
pter fidem gradu militari dejectis, option-  
em fecit, ad signa sua redeundi, vel pe-  
tendi honestam missionem. Et hæ qui-  
dem leges Christianorum Personas tan-  
gebant; aliae ad bona spectabant. Pa- c. 35.  
trimonia Martyrum, Confessorum, in exi-  
lium missorum, spoliatorum hæredibus c. 36.  
eorum restituit, si non superessent hære-  
des, illa bona Ecclesiis attribuebat; Do-  
nationes Martyrum, & Confessorum con- c. 37.  
firmavit. Omnes talium fundorum pos-  
sessores ad restitutionem sine fructibus,  
si sponte restituerent, damnavit. Eadem c. 39.  
restitutione, si quæ ad fiscum tracta fuis-  
sent, imperata. Jussit, ut ad Ecclesias  
redirent, ablata immobilia, domus, fun-  
di, horti, præsertim vero loca sepulto-  
rum ibi Martyrum honori dicata. Illis, c. 40.  
qui talia bona titulo emptionis, donatio-  
nis, aut quocunque alio modo a fisco ac-  
cepissent, indemnitatem promisit.

Edictum istud in Oriente promulga-  
tum, procurante Imperatore ad litteram c. 44.  
executioni mandatum. Quos mitte-  
bat, Provinciarum Rectores ut pluri-

Sæculum IV. cum Christiani erant, & si qui Pagani  
A. C. 324. essent, Diis sacrificare vetabat. Eodem

modo cum præcipuis aulæ Præfectis, ut  
erant Prætorianorum Dux, ejusque vica-  
rii, agebat. Eodem tempore alias duas

c. 45. leges tulit, quarum una Idolis sacrificare  
sive in urbibus, sive ruri prohibebatur;  
præterea Idola erigere, sortilegiis, aliisve  
superstitionibus incumbere vetabatur.  
Lege altera Ecclesiæ, maiores quam ante-  
fuissent, suscitari jubebantur, ac si omnes  
homines fidem Christianam amplexuri  
essent, cuius rei tunc quidem nulla spes  
affulgebat. Hæ leges ad Provinciarum  
Rectores dirigebantur, atque ne sumptu-  
bus parcerent, quos Imperator ex suis the-  
sauris liberaliter suppeditabat, moneban-  
tur. His similes epistolæ ad Episcopos, sal-  
tem majorum urbium, datæ, quibus Impe-  
rator singulos excitabat, ut alios Episco-  
pos Confratres suos, Presbyteros, Dia-  
conos ad veteres Ecclesiæ renovandas, aut  
ampliandas, imo novas extruendas hor-  
tarentur, & a Rectoribus Provinciarum

c. 46. omnia, his operibus necessaria, peterent.

c. 47. Aliud quoque Edictum valde amplum ad

c. 48. Provincias Orientis scripsit, quo omnibus  
Imperio suo subditis suadebat, ut Idolo-  
latriæ renuntiarent, & veram Religionem  
amplecterentur. Se vero neminem co-  
acturum promittit, sed plenam voluntatis

c. 56. suæ libertatem cuique relictum. Pri-  
tis

tis prohibet, ne quis alterum ob diver- Sæculum IV.  
sam in Religione opinionem vexet, nec A. C. 324.  
sibi illorum impetum probari, ajebat, qui c. 62.  
diruenda Deorum fana, inclamabant.

§. XLI.

*Arianorum progressus.*

Constantino, ita Ecclesiæ Bonum totis c. 61.  
viribus promoventi, nuntiatur, quan-  
to dissensionum æstu Ægyptus, vicinæ-  
que Provinciæ super Arii dogmate ferve-  
rent, non Episcopi solum, aut Presbyte-  
ri disputabant, integri populi in partes  
ibant, ingenti Religionis probro, & Gen-  
tilium scandalo, quibus, in Theatris suis  
ludentibus, Christianorum contentiones  
fabulam præbebant. Ipsæ Imperatoris sta-  
tuæ contumeliose habitæ; ad hoc tempus  
referendum creditur illud placide a Con-  
stantino dictum, cum ad vindictam se ani-  
mantium impetum joco elusit, quippe *Chrysost.*  
cum fremitu narrantibus, seditionos Sta- stat. orat.  
tuam Cæsar is lapidibus impetiisse, vultum <sup>20.</sup>  
manu tangens, respondit, nullius se vul-  
neris notam, vel dolorem sentire. Jam  
epistolarum utrinque scriptarum magnus  
erat numerus; Arius omnes, in rem suam  
facientes collegit, S. Alexander Alexan-  
drinus illas omnes, quibus Doctrina Ca- Socr. I. c. 6.  
tholica stabiliebatur, quas inter ab ipso  
solo scriptæ ad septuaginta numeraban- Epiph. hær.  
tur. Hæ epistolæ deinceps Catholicis, & 69. n. 4.  
varia-